HIERONYMUS

Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 127r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ordinem teneat litterarum. ut memoria no-
minum in canticum transeat. et sic ipse inter se
crebro ordo turbetur. et medijs ultima. et
primis media misceantur. ut eas non sono tantum.
sed et uisu nouerit. Cum uero ceperit trementi
manu stilum in cera ducere. uel alterius super
imposita manu tenere. et regantur articuli.
uel in tabella sculpantur elementa. ut per eosdem
sulcos inclusa marginibus trahantur uestigia.
et foris non queant euagari. Sillabas jun-
gant ad premium. et quibus illa etas deliniri
potest. munusculis inuitetur. Habeat et in
discendo socios quibus inuideat. quarum laudi-
bus mordeatur. Non est obiurganda si tardi-
or sit. sed laudibus excitandum ingenium. et
uicisse se gaudeat. et uictam doleat. Cauen-
dum in primis. ne oderit studia. ne amaritu-
do eorum percepta infantia ultra rudes annos
transeat. Ipse nomina per que consuescit
paulatim uerba contexere. non sint fortuita.
sed certa. et coaceruata de industria. prophe-
tarum uidelicet et apostolorum. et atque omnis abadam
patriarcharum series. de matheo lucaque des-
cendat. ut dum non aliud agit future memorie
preparetur. Magister probe etatis. et uite. eru-
ditionisque eligendus. Hec puto erubescit doc-
tus uir id facere uelle in propinqua. uel nobi-
li uirgine. quod aristotiles fecit in philippi
filio. ut ipse librariorum uilitate. inicia ei
monstraret litterarum. Non sunt contem-
pnenda quasi parua sint. sine quibus mag-
na constare non possunt. Ipse elementorum
sonus. et parua institutio preceptoris. aliter
de erudito. aliter de rustico ore profertur.
Unde et tibi est prouidendum. ne ineptis
blandicijs feminarum dimidiata dicere
filiam consuescas uerba. et in auro atque purpura
ludere. et quorum altum lingue. altum moribus offi-
cit. nec discat in tenero quod postea dediscendum
sit. Graccorum eloquentie. ab infantia sermo
multum matri scribitur contulisse. ortensij
oratio in paterno sinu coaluit. Difficulter
eraditur. quod rudes animi perbiberunt. Lanarum
conchilia. quis in pristinum colorem reuocet.
Et rudis testa diu saporem retinet. et
odorem quo imbuta est. Greca narrat histo-
ria alexandrum potentissimum regem or-
bisque domitorem. et in moribus et in incessu leo-
nidis pedagogi sui non potuisse carere uicijs.
quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Pecli-
uis est enim malorum emulatio. et quorum
uirtutes assequi nequeas. cito imitari uicia.
Nutrix ipsa non sit temulenta. non lasciua
non garrula. habeat modestam gerulam.
nutricium grauem. Cum auum uiderit
in pectus eius transiliat. et collo dependeat. et
nolenti alta decantet. Rapiat eam auia.
patrem risibus cognoscat. Sit omnibus ama-
bilis. et uniuersa propinquitas rosam ex se
natam gaudeat. Discat statim quam ha-
beat. et alteram auiam quam amitam. cui
imperatori. cui exercitui tyruncula nutriatur.
Illas desideret. illas ambiat. ad illas tibi
minitetur abscessum. Ipse habitus et uestitus.
doceat cui promissa sit. Caue ne aures eius
perfores. ne cerussa et purpurisso consecrata
xpo ora depingas. ne collum margaritis et
auro premas. et ne caput gemmis cornes oneres. ne ca-
pillum inrufes. et ei aliquid de gehenne ig-
nibus auspiceris. Habeat illa margaritas.
quibus postea uenditis emptura est preciosissimum
margaritum. Pretextata nobilissima quondam

127